Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 56

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 117.

Laur. Valla Libb VI. de Eleg. lat. Linguæ.

Cod. LV.

Chartac. Fol. min. Sec. 15. 1. 4.19.

Laurentii Vallæ Libb. VI. de Elegantia lat. Linguæ. Idem liber ac precedens; elenchus autem materiarum alphabeticus in fine locatus.

Cl. Ptolemæi Cosmographia libri VIII.

Cod. LVI.

Chartac. Fol. Sec. 15. 1. 4.20.

Cl. Ptolemæi Cosmographia libri VIII. e græco in latinum a Jac. Angelo translata. Præcedit Jac. Angeli Epistola ad Alexandrum V. dedicatoria, quæ incipit: "Ad tempora Claudij "ptolomei viri alexandrini cogitanti miki illud "occurrit" etc. In ea se translatorem hujus operis fatetur, et usum nominis Cosmographiæ in locum Geographiæ defendit. Sequitur Elenchus capitum libri primi; dum ipsum opus, cujus initium hoc: "Cosmographia designatrix "imitacio est tocius cogniti orbis." In fine additum: "Claudii Ptolomei viri alexandrini Cosmo"graphie octavus et ultimus liber explicit feliciter; Wienne scriptus Constans de manu "scriptoris" cætera deleta sunt.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 56

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 118.

Heilbroner in Hist. Mathes. pag. 504. ait, Joan. Regiomontanum novam Ptolemei Cosmographiæ adornasse traductionem;" nam vetula ista Jacobi „Angeli Florentini, quæ vulgo habetur, vitiosa „est; interprete ipso /: bona venia dictum fuerit:/ „neque lingua græcæ satis, neque notitiam Ma„thematicæ tenente. Qua in re summis arbitris „fidem haberi fas erit, Theodoro Gazæ, claris„simo viro, ac græcæ latinæque doctissimo, „et Paulo Florentino, græcarum quidem haud „ignaro, in Mathematicis autem plurimum „excellenti." Quibus pag. 505. nota t) subjungit: „Nominatus Jacobus Angelus primus Ptolemæi „Cosmographiam latine vertit aõ 1400. cum „autem multos invenerit errores Regiomontanus, „novam condidit translationem, quæ vero lucem „publicam non vidit; scriptum autem, in quo „Angeli errores annotarit, Argentorati A. 1525. „prodiit." Versionem Jac. Angeli Ms. Venetiis in Bibl. S. Antonii evolvit Mabillonius T. I Musei italici p. 37.

De Ptolemæo vid supra Cod. XXXII.

Jac. Angelus. Jacobus Angelus Florentinus e Scarparia vallis Mugellanæ oppido, cujus vitam dedit Laurent. Mehus in Sylloge Epistolarum Leonardi Dati; floruit circa initium Sec. XV.

Not. In Antiquitatibus typograph. quæ adservantur in Bibl. Monast. Seitenst. p. 239. adducitur hujus Cosmographiæ editio admodum rara /: Ulmæ per Leonard. Hol, 1482. Fol. :/ cum Epist. Donisii Nicol. Germanni ad Paulum II., eidemque Donisio versio latina adscribitur, sed perperam; eadem enim omnino est cum nostra ms. adeoque Jacobi Angeli, qui Donisium dimidio præcessit seculo.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 56

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1749

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)